

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Caritas y
cum fonte primo

Caritas est

Caritas est,
ut mihi videtur, recta voluntas ab omnibus
terrenis ac praesentibus prorsus aversa,
iuncta Deo inseparabiliter, et unita,
igne quodam sancti Spiritus, a quo est,
et ad quem refertur, incensa;
inquinamenti omnis extranea, corrumpi nescia,
nulli vitio mutabilitatis obnoxia,
supra omnia quae carnaliter diliguntur excelsa,
affectionum omnium potentissima,
divinae contemplationis avida,
in omnibus semper invicta;
summa actionum bonarum, salus morum,
finis coelestium praeceptorum,
mors criminum,
vita virtutum,
virtus pugnantium, palma victorum,
anima sanctarum mentium,
causa meritorum bonorum, praemium perfectorum.
In peccatis suis mortuos suscitatur, languentes sanat,
perditos instauratur, spem desperatis inspiratur,
pacificas mentes inhabitatur;
fructuosa in poenitentibus, laeta in proficientibus,
gloriosa in perseverantibus, victoriosa in martyribus,
operosa in omnibus omnino fidelibus.
Quam fides concipit, ad quam spes currit,
cui profectus omnium servit.

mors criminum,

virtus pugnantium, palma victorum,
concordia mentium, societas electorum;

quam fides concipit, ad quam spes currit,
cui profectus omnium bonorum servit.

Cassiodorus super Psalmos.

Julianus Pomerius, *De vita contemplativa*, 3.13
(PL 59, col.493B-C).